



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De modo eorum qui in persequutione decertarunt. Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EUSEBII HISTORIAE

Psal. 106

minia abdeantes, illos nō sine dedecore prehensos, & ab hostibus ludibrio expositos oculis nostris aspeximus: quando iuxta aliam prophetæ sententiam, effusa est con- temptio in principes eorū, & aberrare fecit eos in inuio & non in via. Verum non est nostrū oratione describere tristes illas calamitates, quæ ad extremū inuictæ fuerūt: quando quidem neque discordias ante persecutionē in- ter eos commotas, neq; absurdos & importunos cona- tus nostrarum partium esse putamus memorię commen- dare. Quocirca nihil amplius de illis scriptis prodere de- creuimus, quā vnde iustum Dei iudicium in illos decla- ratum, perspicue probare possimus. Neq; propterea aut de illis, qui persecutionis tempore animis prope cecide- runt, aut de illis, qui omnino salutis suæ fecere naufra- gium, suaq; sponte tanquam in profundum ingentiū flu- ctuum gurgitem proiecti sunt, mentionem facere inli- tuimus: sed ea sola in hanc historiam res gestas genera- tim complectentem includimus, quæ nobis ipsis primū, deinde posteritati adiumento esse queant.

*De modo eorum qui in persecutione decertarunt.*

CAP. III.

**I**Am ergo deinceps sacra Martyrū certamina pro Dei verbo inita summatim exponere pergamus. Anno de- cimo nono imperij Diocletiani, mense Dystro (qui d̄ Romanis Martius nominatur) cum salutaris passionis dominicę festum iam pro foribus esset, omnibus in locis per imperatoris literas palam edictum fuit, vt tum detur- barentur ecclesiæ soloq; æquarentur, tum scripturæ ab- sumerentur igni, tum qui honorē fuissent adepti, de gra- du turpiter deponerentur, tum priuati si modo in pro- fessione Christiana perstarent, libertate penitus priuare- tur. Ac primum edictum contra eos editum tale fuit. Nō longo tempore pōst, aliis literis exeuntibus mandatum est, vt omnes ecclesiarum præsides vbique gentium pri- mum conijcerentur in vincula, deinde omnibus machi- nis adhibitis, idolis victimas immolare cogerentur. Tūc igitur inciderat tempus, cum sicut plurimi, qui ecclesiis præerant, libentibus animis verberibus grauer cæsi, in  
Christi

Christi stadio luctati sunt, & in grauibus certaminibus  
 praeclare obeundis, praeclara sane spectacula hominū oca-  
 lis subiecerunt ad contemplandū: sic alij infiniti confe-  
 ssum animis praeformidine percussi & attoniti, facile eo  
 modo primo impetu in illos facto, prorsus succubuerūt.  
 Ex ceteris autē quisq; varia tormentorum genera, alte-  
 rius subijt: hic plagis toto corpore dilaceratus, ille ex-  
 cruciatus distorsione membrorum, alius acutis & intole-  
 rabilibus nouaculis dilaniatus. Inter quos nonnulli e-  
 rant, qui vix satis honestum vitę exitum consecuti sunt:  
 Alij item, qui sine fructu certamen decurrerunt: Nam vt  
 vnus infidelium violentia contrusus, & ad sacrificia illa  
 nefaria impuraq; deductus, quamuis non immolasset, ta-  
 men perinde atq; immolarat, libere dimissus est: sic alter  
 quanquam nō omnino appropinquauerat, neq; quicquā  
 attigerat impuri, gentilibus tamen eum sacrificasse asfir-  
 mantibus, tacitus eorū tulit contumeliā, seq; inde priori-  
 puit. Alius semivivus sublatus, velut iam mortuus proy-  
 eitur. Quidam prostratus humi, inq; numerum sacrifican-  
 tiū relatus, longinquo spatio pedibus abstrahitur. Alius  
 vociferatus est, & magna voce contestatus, se hostias pe-  
 nitus repudiare: alius salutaris Christi appellationis con-  
 fessione gestiens, se Christianū esse clamauit. Alter neq;  
 immolasse, neq; se aliquando immolaturum asseueranter  
 affirmavit. Attamen isti etiam frequentibus satellitū ad  
 eam rem delectorum manibus in os verberati, & ad silen-  
 dum compulsi, in vultū quoq; & genas percussi, vi e me-  
 dio extrusi fuerūt. Ita pietatis hostes omnino, vel videri  
 effecisse, quod animo intēdebant, permagno cęstimarūt.

*De celebribus Dei martyribus, quomodo omnem locum  
 sui memoria replerunt, variis pro  
 pietate coronis receptis.*

## CAP. IIII

**V**Erū cōtra sanctos martyres, quorū res gestas nullo  
 dicēdi genere satis accurate explicare possum⁹, isti  
 perditū infidelū conatus neutiquā ex animi sentētia pro-  
 cesserūt. Infinitos enim videre licebat, qui admirabile stu-  
 diū & propensionē aī pro vero Dei omnīū fabricatoris  
 cultu